



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Statv Religionis Christianae, Per Evropam, Asiam,
Africam, Et Orbem Nouum, Libri IV.**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1619

Cap. LI. De Scotia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11108

CAPVT LI.

DE SCOTIA.

Scoti, Britanniæ insulæ populus, circa annū 203. Christi doctrinam acceperunt, Victore I. Papa agente. Ad eosdem à Pelagiana hæresi liberandos postea Celestinus I. Palladium misit.

Ab isto tempore ad nostram usque ætatem in auita fide perstittit Scótia; quam demum Ioannes Knoxus, cum suis, hæresi Calviniana fœdissimè infecit, accorrupt.

Scoti insigne habent Collegium Romæ, quod subest directioni Patrum Societatis IESV,

In Scotia duæ, ut in Anglia ab antiquo sunt Metropoles, *Sanct.-Andreana & Glasculensis*; quibus XI. Episcopi sunt suffraganei.

SANCT-A NDREANO ARCHIEPISCOPO hi solent esse suffraganei,

Dunkeldensis.

Dunckeld.

Aberdonensis.

Aberdin, Academia.

Morauiensis prouinciæ Episcopus in opido Elgino residere solitus. Mourra, Elgin siue

Elgym,

Dum-

- Dumblanensis. *Dumblain.*
 Brechinensis. *Brechin.*
 Rossensis Prouinciae Episcop. in opido
 Chanriensi residere solitus. *Rosse, Chanrie.*
 Cathanensis Prouinciae Episcop. in opido
 Dunrodeni residere solitus. *Cathnes,*
 Dunroden, siue Dornok.
 Orcadum insularum Episcop. in opido
 Kirkuenfi & Mainelandia insula reside-
 re solitus. *Orcknay, Kirkvaa, Mayne-
 lande.*

GLASCVENSIS ARCHIEPIS.
 per Sextum IV. ut etiam Sanct-Andrea-
 nus, an. 1471. est institutus.
 Cui suffragantur,

Gollouidiæ Prouinciae Episcop. in opido
 Candidæ Casæ residere solitus. *Gallovvay.*
 VVithory.

Lismorensis, in Argathelia Prouincia.
 Lismor.

Hebridum, seu insularum ad Occidentem
 Episcop. in insula & monasterio S. Co-
 lumbi residere solitus, qui & Sodorensis
 dicitur. *Illis, Colmkil.*

Ceterum ut reliqui ferè orbis Episcopi
 certas diœceses non habuerunt, antequam
 Dionysius Rom. Pontifex circa annum 268.
 eas distribuisset; ita Scotorum Episcopi mu-

H 5 nera

nera episcopalia, quocumq; essent loco, sine
discrimine obierunt, vsq; ad Malcolmi III.
Regis tempora, cùm suis finibus ac limitibus
circa annum 1070. diœceses fuerunt cir-
cumscriptæ. Decursu dsmum temporis hæc
apud Scotos stabilita fuit hierarchia, vt duo
essent Archiepiscopi, *Sanct-Andreas* &
Glascuensis: quorum ille Primas totius Sca-
tiæ esset, & octo haberet Episcopos suffra-
ganeos, tres verò *Glascuensis*: vt suprà
ostendimus.

C A P V T L I I .

D E H I B E R N I A .

HIbernia, Britannici Oceani insula,
vulgò Irlandia, habet quatuor Ar-
chiepiscopatus, *Armaghanum*, *Dubli-*
nensem, *Cassiliensem* & *Tuamensem*, anno 1151.
auctoritate Eugenij III. per Ioannem Papa-
ronem, Legatum Apostolicum institutos: vt
tradit Baronius. Sed Camdenus ex Philippo
Flateburiensi tradit illos anno 1152. institu-
tos auctoritate Apostolica, per Christia-
num, Episcopum *Lismoriensem*, *Hiberniam*
Legatum. Illud constat, fuisse olim in Hi-
bernia sedes Archiepiscopales quatuor, E-
piscopales autem triginta & vnam aut circiter.
Ceterum Reges Angliæ dicti fuerunt
Hiber-